Zdigitalizowano w ramach projektu
„OCHRONA I KONSERWACJA CIESZYŃSKIEGO DZIEDZICTWA PIŚMIENNICZEGO”

2007-2010

Wsparcie udzielone przez Islandię, Liechtenstein oraz Norwegię poprzez dofinansowanie ze środków Mechanizmu Finansowego Europejskiego Obszaru Gospodarczego

Zrealizowano ze środków Ministra Kultury i Dziedzictwa Narodowego

N°23 4

Viennā quaedam Singularia de Augmae Eleonorae defunctae vita.

1mo Hebdomadatim ternis, aut quaternis disciplinis etiam sanguino-
lentis corpus castigabat; sunt à morte repertae telae sanguineae,
quibus maculas sanguineas abstergebat.

2do Idem corpus ciliciis frequentibus diuturnis per mediam Diei
partem praesertim diebus Communionis, ad quam saepius intra
hebdomadam accessit, cingebat.

3tio Summa fuit sensuum externorum mortificatio, modestiaque
religiosissima; victus modicus, et vilissimus, etiamdum cum
caetera Augusta domo mensae accumbebat; nam etiam in
hac certos cibos suos insipidissimos, quos ex mandato sub gravi
comminatione certa coqua praeparabat, sumebat.

4to Frequentissimè ad circumsitas ~~Bea~~ thaumaturgas imagines
peregrinabatur pedibus suprà tectis, infrà nudis, seu soleâ
carentibus.

5to Perpetuò ministrabat ad mensas pauperum in omnibus Xe-
nodochiis, domibusque orphanorum, etiam studiosorum, et militum.

6to Vigilabat noctibus emaciato corpori non indulgens quietem
ultra 4, vel 5. horas.

7mo Per coronata Dnā vero se demisit, ut tum Pedissequas quasi
Sociales, quae ex ejus imperio sellis insidebant, cum iisdem
in plures horas hilarissimè conversabatur.

8vo Totâ hyeme in frigido cubili, eôque angusto dormire con-
suevit tecta pannô solum nigrô in duro lecto, quem
cortina ex eodem panno confecta cingebat.

9no Eleonorae indusia fuerant ex tela vilissima, aspera seu
mortificante, subtilior tamen manus in obtutum cadentes
tegebat.

10mo Illmo Sdtenior primo è corpore toga pendula fuit ex gravi materia, in qua undiq Sacci per circuitum majoribus fructibus flambeis onerati gravabant suo pondere: hos dum Illma Imperatrix Nogrant affores tangebat, stupuit pondus, ratta libros precatorios ibi haerere. dissimulabat Eleonora, et mirata respondit: Sij lass dm ystol gezogt tragm, ob schadt ihm nichts.

Perscribo [illegible] beneficia virtute aquae S. Xaverii et S. reliquiis benedictae collata per PP. Missionarios in Suevia, et Palatinatu anno superiore.

1o Persona quaedam 74 annis lecto affixa ita, ut ultimo triennio neq jam ferri potuerit ad templum, ubi alias, pedes suos, quorum unus 19, alter 6 vulnera habuit, hac aqua lavit, et sana ex integro surrexit.

2do Matrona quaedam filiolum à medicis jam desertum, ac proximum agoni sacrae hujus aquae modico haustu, et facto 9 dierum devotionis Xaverianae voto plenè sanitati restituit.

3tio Puella afflictum misere oculum, et periculose intumescentem ter dictis genuflexo Pater, et Ave, pari aqua oculum oblinit, et sana surgit.

4to Illma Domicella gravem dentium dolorem unica dictae aquae guttâ augustâ momento sistit.

5to Quidam stabulum plenum habens equis, partim jam aegris, partim aegrotantibus, et aliis male affectis, eâdem aquâ omnes potavit, et oculos lavit, et ex integro simul sanavit.

KSIĄŻNICA CIESZYŃSKA

ksiaznica@kc-cieszyn.pl